



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Praepositi Monasterii Avv.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13578**

IOANNES, Anno 1164.  
BERTHOLDVS, 1185.

*Sub hoc Prapósito approbatur institutum Augustinianum huius loci; Monasterium in protectionem apostolicam suscipitur, & confirmantur redditus.*

ADELVNVS, 1204.  
FRIDERICVS secundus, 1239.  
EPO.  
ERNSTO seu Ernestus.  
GVNDACRVS, 1317.

*Ex annorum numero facile deprehenditur aliquot Prapósitos híc deesse, quorum a. nomina indagari hactenus non potuerunt.*

*Ex necrologio descriptus est hic Prapósitus, & pro primo habitus.*

ALBERTVS Lebezndorffer 1374.  
IACOBVS, 1390.  
IACOBVS Hinderskircher, 1420.  
CONRADVS, 1435.  
THOMAS Surauer 1448.  
CHRISTOPHORVS Nadler 1459.  
IOHANNES Moshaimer 1469.  
IOHANNES Stokhaimer 1494.

*Primus obtinuit à Sixto III. Pont. usum baculi & mitræ, potestatem benedicendi vestes Sacerdotales.*

IOHANNES Zollner 1523.  
IOHANNES Sebambacher 1525.  
SEBASTIANVS Baltram 1532.  
CASPARVS à Leuznprunn 1535.

*Hic fuit generalis Ordinis Teutonici in Memmingen Commendator, aliquandiu Administrator, Prapósitus & Archidiaconus huius loci.*

VALENTINVS Rhem, 1548.  
GEORGIVS Odnhueber, 1556.  
GEORGIVS Hadersperger, 1591.  
MICHAEL WANGNER Eccius presidet adhuc hoc anno 1619.

### PRÆPOSITI MONASTERII AVV.

- I. HARTWICVS, Prapósitus, An. 1068. de hoc nihil certi in Monasterio reperitur.
- II. FRIDERICVS, An. 1141.
- III. HERBARTVS, An. 1161.
- IV. LOTHARIVS, An. 1181.
- V. BABO, An. 1204.
- VI. CONRADVS, An. 1245.
- VII. HENRICVS, An. 1259.
- VIII. EBERHARDVS, An. 1267.

IX. ORT.



- IX. ORTWINVS, *An. 1291.*  
 X. WERNHERVS, *An. 1306.*  
 XI. THEODORICVS, *An. 1316.*  
 XII. FRIDERICVS II. *An. 1319.*  
 XIII. WERNHARDVS, *An. 1361.*  
 XIV. VDALRICVS, *An. 1370.*  
 XV. FRIDERICVS III, *An. 1398.*  
 XVI. FRANCISCVS, *An. 1425.*  
 XVII. PETRVS, *An. 1445.*  
 XVIII. VINCENTIVS *Decretorum Doctor, An. 1452.*  
 XIX. GEORGIVS, *An. 1463.*  
 XX. IOHANNES, *An. 1464.*

*Insulati Prelati.*

- XXI. WILHEMVVS *Helfendorfer An. 1464.*  
 XXII. CHRISTIANVS *Sperer, An. 1504.*  
 XXIII. SEBASTIANVS *Schnepff An. 1515.*  
 XXIV. PETRVS *Häckl, An. 1524.*  
 XXV. CHRISTOPHORVS *Layminger, Magister, An. 1539.*  
 XXVI. IOANNES *Cronperger, An. 1540.*  
 XXVII. IOANNES *Haymoltinger, An. 1553.*  
 XXVIII. ABRAHAMVS *Cronperger, Magister, An. 1582.*  
 XXIX. MATTHIAS *Vogt, An. 1593.*  
 XXX. BALTHASAR *Endris, An. 1604.*

BEYHARTING MONASTERIVM CANO. REGVLARIVM SANCTI AVGVSTINI.

MONASTERIVM superioris Vindeliciæ fundarunt Iudith secundum Augustin. fol. 622. & frater eius Megingotzus, Monachis Augustinianis. Consecratum est à Romano Episcopo Gurcensi, iussu Conradi Archiepiscopi Salisburgensis, circa Annum 1130. Nam Henricus, Episcopus Frisingensis, rebus Imperij studebat. Conradus autem auctoritatem Pont. Max. sequebatur. liber manuscriptus de foundationibus aliquorum Monasteriorum Bauariæ refert, Nobilem quandam matronam, nomine Iudich, in suo fundo propè villam Hartingen, Cœnobium in honore S. Ioan. Baptistæ extruxisse, & hoc primò Virginibus sacris dicasse. Postea verò auctoritate Apostolica ordinem mutasse, substitutis in locum Monialium Augustinianis Monachis, sacras autem Virgines in Monasterium Altenhochenavv migrasse. Ipsam fundatricem in Cœnobio suo, liberaliter à se dotata sepultam esse, & reliquisse septem filias, à quibus septem familiaria Ministerialium eiusdem Monasterij ortæ sunt, quarum tamen nomina ibidem non extant. Item hoc Cœnobium per Rudolphum & Ludouicum post Imperatorem, Bauariæ Duces, & præsertim per Stephanum iuniorem Ducem, maximis priuilegiis confirmatum esse. In foundatione huius Cœnobij mentio fit duorum Megingozorum, vnus de Milingen, alterius de Zaizering, cuius nominis duæ villulæ ibidem proximè sunt sitæ, quæ proculdubio eo tempore peculiare Dominos hoc nomine habuerunt, à quibus hæc fundatrix originem ducat.